



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quo modo Iohannes Chrysostomus iniustè sua sede expulsus, & ob eam  
rem tumultus excitatus fuerit, & ecclesiæ incendio, & de Iohannis apud  
Cucusum ecilio. Cap. XXII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

SOZOMENI HISTOR.

Postea verò & Elpidij presbyteri, (qui quidé diaconi manifestus hostis erat) seruus in episcopales aedes effuso cur su irrupit. eum agnitus quidam ex his, qui forte aderant, è cursu remoratus est, & causam cursus inquisivit. Ille vero nihil respondens confessim cultello hominem pungit, & post eum etiam alterum, qui ad huius cædem exclamaverat, quin & præter hos etiam tertium vulnerat. Tumultuibus igitur cum clamore his, qui aderant, conuersus aufugit, & cum hi, qui eum persequebantur, eos, qui procul erant adhortarentur ut fugientem comprehendenderent, ex balneo quidam accurrens, ex quo recens lotus progre diebatur, illum apprehendit, ac lata literab illo percussus mortuus extenditur: Tandem verò cum à multitudine vnde cinctus, ac vix demum comprehensus esset, abducunt eum ad palatium, & ibi tum hostium Iohannis insidias, tum ipsum hunc homidiam, tum & huius facinoris instigatores contestati supplicio afficiendos esse vociferantur. Itaque Hypatchus, ut iram populi mitigaret, illū tanquam supplicio affecturus accepit.

*Quo modo Iohannes Chrysostomus iniustè sua sede expulsus, & ob eam rem tumultus excitatus fnerit, & de ecclesiæ incendio, & de Iohannis apud Cucusum exilio. CAP. XXII.*

**E**X eo tempore Iohannem porro custodierunt, qui in populo feruentiores erant, noctu iuxta atque interdiu vicissim domum episcopalem circumfidentes: Episcopi verò qui aduersus illum conuenerant, ecclesiasticarum legum confusionem fieri conquesti, ad se ipsos recipere aiebant, quod iustissima esset, latam aduersus ipsum sententiam, atque illum urbe excedere iubebant, aliqui enim nec populum quidem conquereturum: Cum itaque & ab Imperatore missus insuper quidam minis adiectis id faciendam præciperet, clam populi custodibus egressus est, id conquestus tantum, & præter leges ac per vim eiiceretur, que ne iudicio quidē dignati essent, quod & homicidis & præstigiatoribus, & adulteris ex lege concederetur,

cederetur & exigua nauicula statim traicit in Bithyniam atque inde continuo iter ingressus est: Prospicientes autem nonnulli ex inimicis eius, quod si animaduertat hoc populus ipsum cōsestaturus ac rursum redire coacturus esset, praeueniunt, & ecclesiæ fores occludunt: Cæterum cum illi qui in plateis versabantur factū intellexissent, alij cur su ad mare properabant tanquam eum intercepturi, alij timefacti in fugā cōuersi sunt, perinde ac si ob tantos motus atque tumultus & seditio & Imperatoris ira expectanda esset. Illi verò, qui in ecclesia erant, etiamnum magis obstruxerunt exitus, ad hos confluentes, ac se mutuo propellentes. Itaque vix tandem magna cum violentia fores aperuerunt, aliis eas lapidibus impotentibus, aliis ad se retrahentibus, & turbam à tergo imminentem retrorsum repellentibus: Interea temporis ignis vndique repente ecclesiam depascitur, & cum vniuersam percurrit, etiam vicinam illi ad austrum domum amplissimam secreti concilij inuasit: huius rei causam sibi vicissim ac mutuò impingebant. Atque hostes quidem Iohannis eius fautores insimulabant ideo hoc fecisse, quod ob Synodi suffragiū indignarentur. Hi verò se calumniis illorum circumueni aiebant, & ab illis ipsorum facta sibi imputari, qui se vnde cum ecclesia ipsa exurere voluerint: Igni autem à vespera usque ad solis exortum semper ulterius progrediente, & ad ædificia adhuc integra serpente, alii Iohannem assecuti Cucusum Armeniæ produxerunt, cum rescripto Imperatoris illic habitare iussus esset, alij episcopos & clericos qui cum illo conuenerant Chalcedonem abductos in vincula cōiiciunt, alij circumeuntes in ciuitate fautores eius indicatos comprehendebant & in carcerem cōiiciebant, & Iohannem execrare cogebant.

*De Arsatio Iohannis successore, & quantum  
malorum is Iohannis fautoribus intule-  
rit, & de sancta virginine Nicarce.*

CAPVT XXXIII.

**H**AUD multo post ordinatur Constantinopolis episcopus Arsatius frater Nectarij, eius, qui ante Iohannem hunc episcopatum administraverat, vir māsuetus